

ub eadē formalitate, nego antecedens; sub diuersa formalitate, concedo antecedens; & nego consequentiā; vnum, & idem obiectum formale & si esse non possit obiectum pluriū scientiarū, potest tamen vnū & idē obiectū materiale, dummodo in isto sint plures formalitates, & diuersę specie, quomodo in casu nostro euenit; physica namq; cōsiderat elemēta primā, quatenus amicitiam, aut inimicitia &c. medicina verò illa considerat secundum eorū qualitates temperatas, vel intemperatas, vnde nihil contra me.

31 Instant; considerantur sub eadem formalitate a medicina ac physica; ergo nulla responsio, quia idem est habere amicitia, ac inimicitiam elementa inter se, ac temperiē, & intemperiem qualitatum suarum; ergo &c.

Respondeo, nego antecedens, quia amicitia est motus ad vniōnem substantialem, temperies vel intemperies qualitatum est motus ad vniōnem, vel disunionem accidentalem; prima est de se ordinata ad faciendum, vel iam factum dissoluendum vnum substantiale; secunda verò ad sanandum, vel infirmandum ipsū compositum iam factum; quare videtur argumentum nullam habere vim.

32 Obijcies 3. prædicata physica non verificantur de elementis; ergo elementa non sunt obiectum physicæ; ostenditur, generabile, & corruptibile sunt prædicata physica; & ista prædicata physica non verificantur de elementis.

Respondeo negando antecedens; ad probationem illius admiffa maiori, negando verò minorem; quam etiam distinctionem bifurcare possem; elementa non dicuntur generabilia, & corruptibilia quoad vniōnem & disunionem, siuè in obliquo, nego; secundum se quo ad entitatem & in recto, concedo minorem; & sic considerantur a physica, secundum quam rationem talia prædicata physica sufficit vt de elemētis verificentur; vnde ego possum retorquere argumentum in sententia aduersariorū, siue obiectum physicæ sit corpus caducum, siue mobile, aut ens mobile, vel substantia naturalis, numquam generabile, & corruptibile, prædicantur de illis; ergo prædicata non sunt physicæ obiectum, antecedens verum est, dicta namque composita in recto dicunt materiam, & formam aduersariorum, de quibus in illorum sententia non verificantur dicta prædicata, videlicet corruptibile & generabile, cum materia & forma per aduersarios sint ingenerabiles, & incorruptibiles, aut saltem materia eorum, quia per ipsos ad summum sola vniō generatur, substan-